

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IX](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - IX, 16 : de Narcisso](#)

Mythologia, Venise, 1567 - IX, 16 : de Narcisso

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[133\] : De Narcisso](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 16 : de Narcisso](#)

est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 16 : De Narcisse](#)

est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 17 : De Narcisse](#)

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : [Projet Mythologia](#) (CRIMEL, URCA ; IUF) ; [projet EMAN](#), Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : [Münchener DigitalisierungsZentrum](#) (MDZ).

Présentation du document

Publication [Venise, Comin da Trino, 1567](#)

Exemplaire [Munich \(Allemagne\), Münchener DigitalisierungsZentrum \(MDZ\)](#) ,
Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 285r°-285v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Narcisse](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière

modification le 28/04/2023

re quodd nobis conferat & Dñis pascendum est, illiq; relinquenda rerum omnium optio. Deinde singulorum vires metiri oportere docuerunt; neque iudicanda sunt illa, quæ non recte nouimus, eû temeraria iudicia Dei vindictam in se irritent. Nam qui per inscitiam aut fraudem alterius opes aut dignitatem alteri adiudicauerit, ille priori domino, qui rapuit, restituere iure æquitatis debet. Quod verò nullum scelus, nullumq; iniquum iudicium dilatare potest, declarauit tonsoris sermo silentio proximus: omnia .n. turpia in lucem tempus solet proferre. At nunc de Narcisso dicamus.

De Narcisso,

Cap. XVI.

10

Narcissus autem, quem fabulæ in florem sui nominis mutatum fuisse inquitunt, dicitur fuisse amnis Cephissi & Nymphæ Lyriopes filius, ut patet apud Ouid. lib. 3. Metamorph.

Prima fide, vocisq; ratæ tentamina sumpsit
Cæcula Lyriope; quam quondam flumine curuo
Implicuit, clausæq; suis Cephissus in vndis
Vim tulit. enixa est utero pulcherrima pleno
Infantem nympe, iam tum qui posset amari:
Narcissumq; vocat. de quo consultus an esset
Tempora maturæ visurus longa senectæ,
Fatidicus vates, si se non nouerit, inquit.

20

Echo autem capta eius amore illum diu infecuta est: sed cum amoris impatiens contabuisset, in solam vocem denique conuertitur. fabulantur hunc, ubi iam excreuisset, corporisq; formâ in dies cum tenerioribus annis augeter, ad fontem quendam purissimum labore venationis & æstu aliquando fatigatum deuenisse; qui cum se ad fontem bibiturus in genua deflexisset manibus in ora fontis firmatis, nondum labris ad aquam fontis admotis suam imaginem in fonte despexit: erat enim eius fontis aqua lympidissima, quæ secundum habebat subnigrum. Tum Narcissus amore ac desiderio suæ imaginis ita captus est, ut cum nullam potiundæ talis formæ sibi spem reliquâ esse intelligeret, sui ipsius desiderio tandem paulatim contabuerit, ac Deorum misericordia denique in florem sui nominis fuerit conuersus. Dicitur fuit autem Narcissus a torpendo scilicet, quia ob id desiderium torpuerit. Is flos Eumenilibus fuit postea consecratus, è quo deabus illis sacrificantes colonis utebantur, vult Ilter in libro de Coronis. Scriptum reliquit Phanodemus lib. 5. rerum Atticarum coronas è Narcisso consecratas fuisse Proserpinæ, quoniam florem illum colligeret cum rapta fuit à Plutone. Memoria prodidit Pausanias in Exoticis in finibus Thespiensium vicum Hedonacum fuisse, & in eo fontem Narcissum vocatum, in quo se Narcissus ut fama est, inspicxit. Scripsit Euanthes in fabulosis sororem illi gemellam fuisse cum oris forma, tum coma, & vestitu, & omni corporis parte similem. Hæc cum simul uenerentur ferunt sororem à puero amatam, qua mortua ille desiderii impatiens dicitur ad fontem venire solitus, ut eius imaginem ibi intueretur. Sed cum id solatium non leue videretur, denique magnitudine desiderii deperit: vel ut aliis magis placuit, se in fontem deiecit ac periit, ad quem ambo solebant conuenire. Ac verò hæc falsa esse, & ad Narcissi gratiam ficta testatur Pausanias, qui multis annis ante Narcissi

30

40

Cccc tempora

Mythologiæ

tempora raptam fuisse Proserpinam Cereris filiam memoravit. Hæc fabulose dicta sunt de Narcisso. At quid in hac fabula continetur vitæ humanæ utile, quod potuerit has ambages ad posteros iure transmittere? imprudentem, & libidinofum, ac facinorosum hominem ultionem sequi significabāt, veluti umbra sequitur corpus: nam tametsi Deus vindictam aliquandiu differt, tamen multo est acrior postea perditis hominibus profligandis. Illud autem tanto fit facilius, quanto maiores facultates aliquis ad res præclare gerendas nactus fuerat. Nam qui nimium forma corporis gloriabatur, & in lasciviam acuebatur, quo pacto per formam non meruit perire? omnis enim rerum humanarum nimius amor perniciosus est imprudentibus. at nunc de Belidibus dicatur.

10

De Belidibus.

Cap. XVII.

Nequæ prætermittendæ fuerūt omnino Danaï filix, quæ illi pœnæ apud inferos dicuntur esse addictæ, ut semper aquam ex amplissimo puteo hauriant; neque tamen unquam ad oram putei plena cribra possint at trahere. Fuit autem Danaus Beli cognomento prisci filius illius, qui post Apidis mortem Ithim uxorem duxit, quo tempore Cecrops Athenis imperavit. Hic ubi pulso Sthenelo Argiuorum Rege Argos occupasset ex Aegypto profectus, quinquaginta filias à variis mulieribus suscepit, quas ex avi Beli nomine Belidæ postea nominarunt. Fama est propter similitudinem quandam, quam cum Aegypto fratre habebat Danaus, in Græciam profugisse; quod rara sit affinitum & coniuكتورum benevolentia inter principes homines, & ad eandem dignitatem aspirantium præsertim. Cum igitur Aegyptus filios quinquaginta haberet, cuperetq; fraternam similitudinem aliquando compefcere, satis aptam opportunitatem fore eius negotii consideandi existimavit, si, cum totidem haberet filios, illas in matrimonium suis filiis poposcisset. eius igitur preces non aspernatus est Danaus, sed nuptias magnificè parari instituit: verumtamen vel quia non crederet pollicitationibus, vel quia memor adhuc esset acceptæ iniuriæ, vel quia ab vno illorum mortem sibi imminere ab oraculo monitus fuerat, clam singula dedit pugiones, quibus suos sponfos, ubi dormirent, iugularent. Sortitò igitur nuptiæ celebrantur, atque nomina filiorum Aegypti ista fuerunt; Agenor, Aegius, Alcis, Alcemon, Agaptolemus, Argius, Archelaus, Aegyptus, Arbelus, Bromius, Bursiris, Chthonius, Chalcodon, Chærus, Chrysippus, Clitus, Cilleus, Daiphron, Diacorystes, Dorion, Dryas, Enceladus, Euenor, Eurylochus, Eurydamas, Hippodamus, Hippocorystes, Hyperbius, Hippolytus, Hippobolus, Hermus, Imbrus, Idmon, Idas, Lixus, Lampus, Lynceus, Lycus, Menachus, Megacles, Oeneus, Periphas, Pandion, Polyctor, Proteus, Perisibenes, Phantes, Potamon, Periphantes, Sthenelus. Filiarum Danaï nomina fuerunt; Anexibia, Anthelea, Adiante, Actæa, Adyte, Autonoe, Alteria, Agaue, Automate, Amymon, Bryce, Cercellis, Clite, Calyx, Cleopatra, Cleodora, Chryssippe, Callidice, Celæo, Dioxippe, Erato, Eupippe, Electra, Eurydice, Eulippe, Glaucippe, Gorge, Glauce, Gorgophone, Hippodice, Hyperipto, Hippodamia, Hippomedusa, Hypermetra, Iphimedita, Mnestra, Nelo, Orypete, Oeme, Phante, Pirene, Podaree, Pylarge, Rhode, Rhodia, Scra, Sibthene, Stygne, Theano. omnes igitur patris mandato paruerunt,